Notum sit omnibus quod Ego Ermessendis filia Petri de Ollina de Caneto absoluta et redempta
a domino Jacobi de Tilia canonico ecclesie Gerunden. ac preposito preposite mensis Augusti in eadem
ecclesia cum instrumento inde facto in posse Francisci Simonis not. Gerunde octavo idus febr. anno
domini M° CCC° vicesimo nono. gratis et ex certa sciencia convenio et facio me feminam propriam et
solidam domine abbatisse monasterii sancti Danielis Gerunde absentis tanquam presentis in posse domini
Arnaldi de Torrente bajuli dicti monasterii ac procuratoris dicte domine abbatisse monasterii et con
ventus presentis et recipientis nomine dicte domine abbatisse cum omni prole ex me descendente presen
tes et dicte domine abbatisse et not. infrascripto tanquam publice persone recipienti et stipula
nti a me predicta et infrascripta nomine dicte domine abbatisse et nomine omnium quorum interest ut inter
esse pot. quod ero dicte domine abbatisse et suis successoribus semper bona fidelis et legalis in omnibus.
et quod non intrabo villa civitate vel aliquid aliud faciam per quod dicta domina abbatissa possit
me amitere et aliud lucrari immo verumque sub predicta domina abbatissa et succedentes eius pro dominis
meis natalibus habebo et reclamabo. Promittens etiam dicte abbatisse et not. infrascripto tanquam
publice persone recipienti et stipulanti a me predicta et infrascripta nomine dicte domine abbatisse
et nomine omnium quorum interest vel interesse pot. Et iuras per Deum et eius sancta IIII. evvangelia
corporaliter tacta contra predicta non venire aliqua ratione. Et pro premissis facio in presenti nomine dicte
abbatisse homagium manuale vobis dicto bajulo presenti. Et hec facio pro eo quia intravi mansum
sum trobat de Caneto qui est dicte domine abbatisse et ibi duxi in virum Guillelmum Trobati hominem
proprium dicte domine abbatisse. Actum est hoc nonas aprilis anno domini M° CCC° tricesimo. Sig+num
Ermessendis filie Petri de Ollina predicte qui hec firmo et laudo pariter atque iuro. Testes huius
rei sunt Guillelmus de Caneto de Caneto et Guillelmus Poncii de Callsata.

Sig+num Jacobi Tresforn not. publici substituti auctoritate regia a Bernardo de Toylano publico
Gerunde not. qui hoc scribi feci et clausi cum raso et emendato in X. linea ubi dicitur domini.

5-4-1380

del mas Cermiria y mas Trobat de Canet n.º 2

n.º 644

instrum[illegible] ... [illegible]

Canet

Ferraho del mas Trobat de

homages prestats per la dona na Ermisenda filla de pere Anthm de Canet a la abadessa de dit monastir de S. Daniel

T. 365 X 240

AC f 366

Plec 2 del plec setè de Canet

642